

proprietatis. Ita Grego. Lopez etiam cum alijs, quos citat, consentaneè ad prædictam legem ac glossam. Hæc eadè similitudine intelligenda esse subiungit. Grego. Lopez cum Cyno, Jacobo de Arena, & Saly. in præcedente iurisdictionem, eaque de causa sciencia tum à possessione iurisdictionis. Circa penas hæcenus explicatas ob vim illatam, ut scilicet res occupata vi, amittitur ei, de cuius potestate eripitur, si ad occupantem pertinebat, si vero non pertinebat, soluit æstimacionem; dubium est, si occupetur vi à prelati, aut ab alio bonorum ecclesie administratore, per se, vel per alium, de ipsius mandato, aut ratum id postea habeat, factum nomine ipsius, aut ecclesie, vt ecclesia incidat in eam penam, illudque amittat. Gloss. l. si quis in tantam, quæ sequi videtur. l. 7. tit. 10. par. 7. & communior doctorum sententia, præsertim interpretum iuris civilis, affirmanter respondet, si id fiat communicato cum filio cum capitulo. Contrarium vero affirmat glossa l. 6. q. 6. in summa. c. placuit, verb. detrimentum, & gloss. c. de dolo & contum. verb. rigor. Panorm. ibi. a. nu. 9. & multi alij, quos Greg. Lopez. l. 17. cit. gloss. 2. reicit. Nempe delictum ea in parte administrantium bona ecclesie, nocere quidem ipsi, quia tenentur ad eas penas de suis bonis, & de bonis ecclesie, quoad commoditatem ex illis, quantum ad ipsos commoditas illa attinet dum vixerint. Quod si ex his capitibus non possint integre penam solvere, licet in corpore, hoc est, competens alia pena personarum eorum est imponenda in complementum integre pena pro eo delicto. ecclesia vero indempnis, quoad sua bona, feruari debet, nihil impedire tali delicto ea ad ministrantium. Quemadmodum, si tutor, aut curator, simile delictum committeret circa bona minoris, quæ administrat, non concurrente minore ad delictum, solus tutor, aut curator, teneretur solvere penam de suis bonis; bona vero minoris manerent illæsa. Ratio autem cur delictum ministrantium bona ecclesie, etiam si simul concurrant prelati & capitulum, ecclesie non noccat, est. Tum quia delictum ministrantium redundare non debet in ecclesiam, vt habetur, cap. si episcopus. l. 6. quæstio. sexta. maxime, ut ecclesia soluat penam pro eorum delicto, tum etiam quoniam prelati & capitulo, non est concessa alienatio bonorum ecclesie, nisi seruiata certa forma, interuenienteque legitima causa, aliterque facta est nulla: non est autem legitima causa delictum illud, vt alienentur. Tum denique quoniam ecclesia nunquam admittit penam legis si quis in tantam circa ipsius bona, imò contrarium habere voluit locum in bonis ecclesiasticis, vt constat. c. 1. de dolo & contum. leges vero civiles, quæ præiudicium afferre possunt bonis ecclesiasticis, non habent locum in bonis ecclesiasticis, nisi quatenus ab ecclesia fuerint receptæ. Quod si obijcias: Si minor committat tale delictum, puniatur in suis bonis, ergo idem est in ecclesia. Dicendum est, bona illa verè esse minoris, eaque de causa delictum minoris non immerito puniuntur in eis bonis: concedi tamen illi restitutionem in integrum, si aliqua probabilis ratio, verisimilitudine, appareat, quod id fecerit, putans sibi licere, vt supra dictum est. Administratores vero bonorum ecclesie non esse illos dominos, sed totum ecclesie corpus, quod non deliquit, quodque non pro suo libito disponere valde potest de eis bonis, vt disponere potest res publica secularis de suis bonis pro libito, saltem vt factum tenet, vt hæc omnia Disp. 142. & Disp. 300. explanata sunt. Si autem communitas secularis in simile delictum incidere, quoad bona ipsius communitatis, etiam si sola communitas rectorum id committeret, aut alius de mandato illius, vel illa ratum id postea haberet, pena redundaret in ipsam communitatem.

nitatem quoad ipsius bona, quæ ad ipsam tenentur. Ita habetur l. metum. c. 1. §. in iudicio dicitur dicitur, & ab firmat glossa vt. ubi. ff. quod metus causa, c. omnia. l. si quis. ff. quod cuiusque vniuersitatis; & habetur expressè. l. 17. tit. 10. par. 7. atque affirmant Bart. Panorm. & communior doctorum sententia, quam Grego. Lopez ibi refert ac sequitur. Atque hæc videtur perimoti, qui idem dixerunt locum habere in ecclesia: cum tamen nos Disp. 142. citata latum tradiderimus dicitur, cur non similiter hoc habeat locum in corpore ecclesie: id vero discrimen ibi legas. Quando autem communitas ipsa oppidi, modo explicato, non committeret crimen, neque illud ratum haberet factum nomine ipsius, sed aliquis alius de communitate, loco & nomine communitatis, id committeret, tunc id delictum non rediret, quo ad penam, in communitatem, sed in folium delinquentem, vt habetur l. 17. citata, & omnes conuenienter circa communitates seculares, quam circa ecclesiasticas, id verum habere.

Quando aliquis in iudicio ait, se vi fuisse eiectum à possessione rei alienius, & petit restitui, etois, à quo videtur eiectus, dicat rem ad se pertinere, velique id in continenti probare, & cetero alius tertius dicat, rem ad se attinere, velique id probare, eaque de causa petat, ne vi eiectus mittatur in possessionem rei illius, ante omnia examinari debet, an vi fuerit eiectus, eoque sufficienter probato, debet ei res restitui, maxime post dispositionem legis si quis in tantam. C. vnde vi, iuxta quæ, esto res pertinere ad spo liantem, eo ipso illam amittit spoliatus, debetque spoliato tradit: postea vero decidi debet alia causa. Ita habetur l. vi. titu. 10. par. 7. consentienter, si quis ad se fundum. C. ad leg. lul. de vi publi. l. momentaria. C. vnde vi. qui cepit. §. qui de vi. ff. ad leg. lul. de vi publi. & c. in literis. de restit. spol.

DISPV. 683.

Rapina quid.

SVMMA RLVMA.

- 1. Rapina quot modis vsurpetur.
2. Rapina presè definitio.
3. Rapina pœna, vive bonorum raptorum, in quibus bonis locum non habet, sed solum pœna de vi publica, aut priuata, aut legis si quis in tantam.
4. Rapina quando interueniat cum consensu inuoluntario mixte eius, qui illem patitur.
5. Rapina non censetur in foro exteriori ob metum, nisi cadens sit in constantem virum, neque ita acceptum restitui debetur, neque accipiens pœna raptoris puniatur. In conscientia verò restituendum est, si inuoluntarie mixte ex quoqueque metu sit datum.
6. Rapina non est, id furtum, si in illata sit in vicibus, aut foribus, sine nisi illata persona, ac sine animo carum persone inferendi.
7. Rapina specie distinguitur a furto, tanquam includens rationem furti, & superaddens nouam specie iniustitiam. Et quando utraque verbi alius culpa. In ratione tamen furti, specie non distinguitur.
8. Rapina aduersus quos committatur. Qui item penam raptorum incurrit.

Rapina vno modo sumitur latissime, pro viurpatione eius, quod sibi non debetur aut retentione eius, quod alteri quodammodo debetur. Sic sumitur in illo ad Phil. 3. Non rapinam arbitratu esse, esse se aquale Deo, & Aug. de primis parentibus: Voluerunt, inquit, rapere diuinitatem, & perdidit unam felicitatem. De qua rapina

rapina sermo est ex persona Christi in illo Psal. 68. que non rapuit, sic exolebam, in cruce scilicet ac passione mea. Et Hieron. ac referatur Dist. 42. in princ. Aliena rapere conuincitur quis, ultra necessaria, sibi retinere probatur. Alio modo sumitur, vt comprehenditur furtum, ac quæcumque iniustam acceptionem. Sic sumitur ab Ambrosio, de bono mortis, & referatur. l. 4. q. 4. cap. 1. ff. quod metus causa. Si quis usuram accipit, rapinam facit. Eodem modo sumitur ab Augustino & referatur. l. 4. quæst. 1. c. si quis dicitur ait: Si quis iniustitiam, & non reddidit, rapinam. Tertio modo sumitur rapina presè & proprie, vt distinguitur contra furtum, & contra alios iniustitiam modos. Atque eo modo sumitur in proposito. Postulamus vero eam, hoc tertio modo sumptam, se definire: Est iniusta acceptio boni exteriori per vim, eius, cuius est. Intellige per vim, siue publicam, siue priuata, disputatione precedente explicatam, vt habetur l. 2. §. primo, & sequentibus. ff. de vi bonorum raptorum. In fine eodem tit. & tit. 13. in prin. par. 7. ac l. 1. eiusdem tituli, & vtrouique Greg. Lopez. Et consentiunt ceteri doctores. In eo, quod dicitur, iniusta acceptio, rejicitur à ratione rapine acceptio per vim bonorum alienorum exteriorum bello iusto, aut in extrema eorum necessitate, vel iure à potestate publica: quoniam in eiusmodi acceptionibus per vim iniustitia non censetur. Reijcitur etiam iniusta dampnatio per vim in bonis aliorum exteriorum, ea destruedo, aut deteriora reddendo: id enim propriè non est acceptio bonorum alienorum exteriorum, sed destructio aut deterioratio illorum. Per particulam boni exteriori, rejicitur à ratione rapine, de qua loquimur, rapina filia, aut vxoris, aut cuiusvis alterius mulieris, ad rem cum illa habendam, que non est iniustitia circa bona exteriora, sed circa propriam personam, comparatione mulieris ita rapta, aut circa personam coniunctam, comparatione patris, mariti, aut alterius persone, in cuius custodia aut domo sit. Eadem ratione rejicitur rapina alieuius persone, vt in seruicium redigatur, aut vt iniuria alia in sua propria persona afficiatur. Tales enim rapine non sunt de numero earum, de quibus loquimur, neque disputato de illis, ad hunc secundum tractatum de iniustitia spectat, sed ad tertium sequentem.

Iura in explicatione rapine, particulæ boni exteriori, addunt, particulam mobilis, latè sumpti, vt comprehendit etiam, se mouentis, vt constat l. prima, C. de vi bonorum rapt. §. penult. in fine. eodem tituli. & l. prima, titu. 13. par. 7. Sicut etiam similem particulam addunt definitioni furti: quoniam sicut admittitur non volunt furtum presè extra res mobiles, vt Disp. 681. dictum est: ita neque admittitur volunt rapinam presè extra res mobiles, licet vim circa illas admittat, vt Disputatione precedente vium est. Vnde pœna pro rapina, uive bonorum raptorum, iure statuta, locum non habent in rapina latè sumpta, vt sumitur à Theologis, pro vt se extendit ad bona immobilia: sed, quoad immobilia bona, solum habent locum pœna legis Iulie de vi publica, aut de vi priuata, si criminaliter agatur, aut legis si quis in tantam, & sequentium, de quibus Disputatione precedente dictum est, si agatur civiliter, vt habetur in fine. de vi bonorum rapt. §. penult. Similimodo, quia iura, sicut furtum non admittunt circa viurpationem sine vi rei propria illam viurpantis, quando is, ex quo viurpatur, nullum ius habet in eam rei: ita neque admittitur volunt rapinam, vt habetur l. 2. §. dolimale, vt hæc actioe 1. ff. de vi bonorum rapt. & in fine. eodem titulo, §. penultimò. non habent in hoc euentu locum pœna de vi bonorum raptorum, sed de rapina, sed legis si quis in tantam, & ceterarum, quæ precedente Disputatione explicatæ sunt, vt Tom. III. Pars Posterior.

habetur §. penult. citato. Imò verò, quando quis rapit rem, quæ verè aliena est, putans esse suam, sibi, id licere, non incidit in penas raptoris, sed solum in penas legis si quis in tantam, & in alias explicatas, vt habetur in fine. §. pen. citato. Non appositus verò in definitione rapine particulam, absque vilo consensu eius, cuius ea res est, quia in definitione furti presè sumpti, vt à rapina distinguitur, appositus. Quoniam licet interueniat consensus eius inuoluntarius mixte, si tamen exortus sit per vim, seu metum cadentem in constantem virum ad id iniuste incussum, propriè erit rapina. Quando enim grauior, iniusto metu mortis, aut aliò graui, cogit aliquem cōsentire, vt sibi aliquid exhibeat, verè committit rapinam in ea acceptione: estque id furtum manifestum, adhibita vi, quæ illud transire facit in rapinam. Eadem ratione exactiones tributorum iniuste, licet fiant consentientibus, qui illa soluunt, quia aliud non audent, rapina quædam furti, furtaque manifesta. Idem dicitur de eo, quod potentes, aut ministri publici, similiter accipiunt, non audentibus, qui id date consentiunt, aliud efficere, timore maioris mali. Idem dicitur, si quis metu cogetur, consentire in aliquem iniustum contractum: quod enim, vt talis consensus metu extortit, extraheretur, atque acciperetur, rapina esset, factumque manifestum cum vi.

Illud hoc loco est obseruandum. Quamuis exteriori foro requiratur metus in virum constantem (attenta qualitate persone & circumstantiarum concurrentium) cadens, ad hoc vt quod extrahatur & accipitur per metum, rapina censetur, & per consequens vt reperiatur illius concedatur, & insuper vt accipiens pœna raptoribus statuta puniatur, nihilominus in conscientia foro, quicquid per metum extortum est, ita vt constat inuoluntarie mixte esse datum, siue metu illi grauis sit, cadentique in constantem virum, siue leuis, in virumque constantem non cadens, obnoxium esse restitutioni. Ita, inter alios, Nauar. in Manu. cap. 17. nume. 17. Syntest. verb. restitutio. 2. §. 7. Adria. q. 2. de restit. §. ex quibus omnibus, & Couar. q. 2. de peccato, par. 2. §. 3. num. 7.

Dubium est, vt rum, quando alicui, in illius absentia, & in absentia cuiusvis alterius, qui nomine illius rem custodiat, aut resistat, infringuntur fores domus, aut perforantur parietes, vel tectum, vt, quod intus est, iniuste accipitur, ea iniusta acceptio habeat tantum rationem furti, an verò etiam rapinæ. Sotus §. de iust. quæstio. tertia, artic. secundo, rapinam esse affirmat. Victoria verò, secunda secundæ, quæstio. 66. art. quarto, ad negat. Nobis verò hæc Victoria sententia probatur. Quoniam licet in iure pœna ita furantibus merito angeatur, vt infra, quando de furtum pœnis fuerit sermo, dicitur; nihilominus ad rationem rapinæ vis illata persone, animulve eam inferendi, requiritur, neque sufficit vis illata parietibus, aut foribus, vel tecto. Dixi, ad rapinam, saltem amittitur vim persone inferendi requiri: quoniam, si quis domum alienam ingrediatur animo per vim viurpandi iniuste quod ibi fuerit reperiat, quod resistere possit, rapinam committit, & vt raptor est puniendus, vt habetur leg. si quis ex domo. ff. de furtis, quam eo modo exilium esse intelligendam.

Dubium deinde est, vt rum rapina & furtum specie distinguantur in genere mortis. D. Th. 2. q. 66. art. 4. Caiet. ibi. Sotus §. de iust. q. 7. art. 2. Couar. reg. peccati. p. 2. §. 1. nu. 2. & Doct. communiter, affirmanter respondent. Quoniam, cum ad rationem iniustitiae requiratur inuoluntarium ex parte eius, qui iniuriã patitur; coquod nullus patitur iniustitiam

tiam volens; diuersa autem ratio inuoluntarij inueniatur in eo, qui iniustitiam per vim patitur, & in eo, qui illam patitur sine vi, vt Arist. 7. ethi. c. 1. explicati consequens est, vt ex parte obiecti proximi, hoc est, alieni per vim, aut sine vi, acceptio iniusta rapine, specie distingatur ab acceptioe iniusta furti. Gab. v. rō in 4. dist. 15. q. 3. art. 1. ad finem notabilis 7. prop. dere videtur, eas differentias esse accidentarias, ac proinde rapinam non distingui à furto. Dicendum arbitror, animum vim inferendi personæ, eamve vim te ipsa inferre, quod de intrinseca ratione est rapinæ, per quod à furto presc sumpto distinguitur, distinctam esse speciem iniustitiæ à furto: furtū quippe est iniustitia aduersus proximum circa bona illius externa: ea verò vis est iniustitia aduersus eundem proximum circa ipsius personam ac honorem: vnde rapina & includit iniustitiam furti, & etiā hanc aliam distinctam speciem in iustitiæ aduersus personam & honorem proximi: quo fit vt distingatur specie à furto, tanquam addens nouam distinctam speciem supra furtum. sicut furtum rei factæ, & est furtum contra iustitiam, & addit distinctam speciem contra virtutem religionis: & sicut adulterium, & est fornicatio, contra virtutem temperantiæ, & contra bonum proles, & addit distinctam speciem contra iustitiam aduersus alterum coniugem. Vnde rapina, in ratione furti, specie non distinguitur à furto presc sumpto, sed differt ab illo solum accidentario in ratione furti: & nihilominus supra furtum addit nouam speciem iniustitiæ. Est ergo rapina specie distincta à furto, tanquam addens nouam rationem, atque speciem iniustitiæ, supra furtū. Quare, pro qualitate vis, que inieritur, aut quæ in ferri intenditur, periculum vult, ne inieratur, iudicandum est, vt rum ea vis sit noua culpa letialis, & quanta, aut qualis, & vt rum sit duplex letialis culpa, vna contra personam, vt si mors, vltimus, aut aliud simile, intendatur, periculum vult, vt inferatur: & altera contra honorem, eum notabiliter ledendo.

Quemadmodum disp. 681. dictū est, & in sequentibus amplius explicabitur, furtum committi aduersus tenentem rem aliquam legitimè, quando ab ea ratione deicitur: ita committitur aduersus eundem rapina, si vi ea legitima retentione spoliatur. Ita habetur l. 2. §. in hac actione, ff. de vi bon. rapt. §. vi. inf. eod. tit. & l. 2. tit. 13. par. 7.

Illud etiam obserua, ad rapinam pertinere, saltem vt accipiens rem mobilem puniatur pena raptoris, quando quis aliquid sine vi accipit, pro quo tamē iure humano est statutum, vt incurrat crimen legis Iulie de vi publica, aut de vi priuata, iuxta ea qua disputatione præcedente explanata sunt: quoniam, iuris dispositione censetur id vi auferre. Sic, qui de incendio aliquid furatur, quod ligna non sit, censetur rapinam committere, penaque raptoris puniatur, vt habetur l. 1. in fine tit. 13. par. 7.

DISPV T. 684.

De varijs furti generibus, & consequenter etiam rapinæ,

SUMMARY M.

1. Furti nocturnus, & quis diurnus. Nocturnus impune occiditur, non diurnus, nisi telo se defendat.
2. Furtum quod manifestum, & quod occultum.
3. Furtum quot modis sacrilegi rationem sortitur, specie distinctam a furto in ratione furti, & vtraque ratio ex genere suo est letalis.

- A 4. Peculatus furtum quando committatur.
5. Crimen legis Iulie de reſtitis quando committatur.
6. Abigeatus furtum quod, & quibus penis puniatur.
7. Quibusitem penis receptator abigeorum puniatur.
8. Plagi crimen quod, & quibus puniatur penis.
9. Verus circa mancipia connexa cum crimine plagij.
10. Mancipium fugitiuum, etiam si ad suos tranſeat, nunquam præſcripti libertas aduersus suum dominum.
11. Seruum corruptus confilio, aut alia ratione, ad quid tenetur, & quam penam incurrat.
12. Filium, aut famulum, corruptum ad quid tenetur.

S Vbienda sunt varia furtorum genera, seu modi, de quibus mentio peculiaris fit in iure. Atque in primis fur ipse, rōne tēporis, in quo furtum committitur, diuiditur in nocturnum & diurnum. Diurnus est, quo tōra iō die, aut (vt bene Panor. c. per lo diens, de homicidio ait) tanta existens res illius luce, vt agnosci possit, aliquid furatur. Qui verò alio tēpore furatur, dicitur nocturnus. Fur nocturnus impune occiditur. Diurnus verò nō nisi telo, hoc est, quibuscunque armis, se defendat. Licet n. rei nomine id proprie intelligatur, qd iaci pot, eminusq; ferire, siue id sit lapis, siue ferrū, aut quouis aliud, autore tñ Calepino verb. telum, inter dū sumitur latē, pro quocunque offensusur armorum genere: eoque mō sumitur in proposito: qui n. ense aut iā cea se defenderet, vtique occidi impune possit, non minus, quam si lapide, aut alio iaculo, se defenderet. Quod autem nocturnus fur occidi impune possit, diurnus verò non possit, nisi telo se defendat, habetur, leg. itaque, §. lex duodecim tabularum, ff. ad leg. Aquil. l. furem, ff. ad l. Corn. de sicarijs, & l. per hoc diens, in iūdo c. antecedente, de homicidio. Quomodo autē id sit intelligendum, commodius explicabitur tractatu. 3. de iustitia sequenti, dum sermo fuerit an pro defensione bonorum externorum, sicuti fit occidere aggressorem.

Deinde furtum diuiditur in manifestum, & non manifestum. Furtum manifestum appellatur in iure non solum qñ fur deprehenditur ipso actū furandi, sed & qñ, vel à dño rei, vel ab aliquo alio, deprehenditur eū re furtiua, aut conspicitur anteq̃ illa detulerit ac appoluerit in loco, in quo illa reponere destina bat: in reliquis verò euentibus, furtū dñi non manifestū, siue fur deprehendatur eū re furtiua, postq̃ illa posuit in loco, quo ea ponere destinabat, siue antea de furto cōfiteri. Sunt verò diuersæ penę statutz pro furto manifesto, & pro nō manifesto, vt videbimus. Distinctio hæc, atq; explicatio, furti manifesti, & nō manifesti, h. l. 2. & sex legibus sequentibus. ff. de furtis. §. furtorum inst. de obligationib. que ex delictis, & l. 2. tit. 14. par. 7. Obserua tñ, qñ furtum manifestum, sed occultum. Quin, si à domino videatur, & taceat, distinguendum est. Quoniam si coniectura sint, eum intendisse consentire in eo furto, actio furti ei denegabitur, si postea intentare eam velit. Si verò non sint tales coniecturę, sed praesumendum sit ex timore tacuisse, ne interficeretur, aut ne aliud detrimentum subiret, vel ob verecundiam, aut vt eō fuletet honori ac famæ furis, ut si patronus furabatur à liberto, conficiente id liberto, tunc conceditur ei actio furti, non tamen manifesti, sed occultū.

Ita

Ita habetur l. 7. cicata, in c. 1. penult. ff. de furtis, & consensit cum Baldo, & alijs, Greg. Lopez. l. 2. cit. glo. vit. Illud etiam obserua, quando dicitur furtū esse manifestum, si fur deprehendatur cum re furtiua antequam eam reponat in loco, in quo ea ponere destinabat, intelligendum esse, si cum ea deprehēda tur eo ipso die, quo illam furatus est: si enim deprehendatur elapso iam eo die, esto nondum cum illa deuenierit ad locum, quō illam deſerre intendebat, non censetur furtum manifestum, sed occultū. Ita habetur l. 4. ff. de furtis, & affirmat glo. l. siue, verb. occidisse, ff. de condit. furt. & Greg. Lopez gl. vit. cit. cum alijs, quos refert.

Furtum ex parte rei furtō ablata, aut etiam loci, in quo fit, in multa diuiditur membra. Quoddam enim est sacrilegium, vt quando quis furatur factū de loco sacro, aut sacrum de loco non sacro, vel nō sacrum de loco sacro, c. quilibet 17. q. 4. glo. c. sacrilegium eadem quaestione, & doctores communiter. Quid autem sit res sacra, & quis locus sacer, inferius explicabitur, quando trademus penas pro hoc sacrilegio statutas. Furtum, quod rationem sacrilegij sortitur, in ratione furti, atque iniustitiæ, ab alijs furtis, meo iudicio, specie non differt: addit tamen furtū distinctam speciem vitij sacrilegij, virtutis religionis contrariam: vnde formaliter ad duplicem speciem peccati spectat, & vtraque est necessario constituta, quando ad culpam peruenit lethale. Est verò vtraque ex suo genere culpa letalis, nisi ex leuitate materia, venialis reddatur.

Aliud est furtum, quod peculatus nuncupatur, peculiariterq; puniatur, quando deſicitur tabularum, ff. ad leg. Aquil. l. furem, ff. ad l. Corn. de sicarijs, & l. per hoc diens, in iūdo c. antecedente, de homicidio. Quomodo autē id sit intelligendum, commodius explicabitur tractatu. 3. de iustitia sequenti, dum sermo fuerit an pro defensione bonorum externorum, sicuti fit occidere aggressorem.

Deinde furtum diuiditur in manifestum, & non manifestum. Furtum manifestum appellatur in iure non solum qñ fur deprehenditur ipso actū furandi, sed & qñ, vel à dño rei, vel ab aliquo alio, deprehenditur eū re furtiua, aut conspicitur anteq̃ illa detulerit ac appoluerit in loco, in quo illa reponere destina bat: in reliquis verò euentibus, furtū dñi non manifestū, siue fur deprehendatur eū re furtiua, postq̃ illa posuit in loco, quo ea ponere destinabat, siue antea de furto cōfiteri. Sunt verò diuersæ penę statutz pro furto manifesto, & pro nō manifesto, vt videbimus. Distinctio hæc, atq; explicatio, furti manifesti, & nō manifesti, h. l. 2. & sex legibus sequentibus. ff. de furtis. §. furtorum inst. de obligationib. que ex delictis, & l. 2. tit. 14. par. 7. Obserua tñ, qñ furtum manifestum, sed occultum. Quin, si à domino videatur, & taceat, distinguendum est. Quoniam si coniectura sint, eum intendisse consentire in eo furto, actio furti ei denegabitur, si postea intentare eam velit. Si verò non sint tales coniecturę, sed praesumendum sit ex timore tacuisse, ne interficeretur, aut ne aliud detrimentum subiret, vel ob verecundiam, aut vt eō fuletet honori ac famæ furis, ut si patronus furabatur à liberto, conficiente id liberto, tunc conceditur ei actio furti, non tamen manifesti, sed occultū.

Cum crimine peculatus est coniunctum crimē legis Iulie de reſtitis. Nemp, qñ aliquis pecuniā aliquam publicam apud se habet, neque illā in eo expendit, ad quod est destinata, vt infumatur, sed eam conuertit in suum vsum ac commodum; non quidē animo nunquam ea soluendi; nam tunc esset furtū ac peculatus, sed deſraudando principem, aut communitatem, cuius est, aut alios, quibus ex præſcripto principis, aut communitatis, est tradēda, vti illius ac emolumento. Ita habetur l. 2. & 4. §. lege Iulia, ff. ad leg. Iul. pecul. §. sunt præterea, inst. de publ. iud. & l. 14. tit. 14. par. 7. Quæ hoc crimine dicit habere etiā locum in ministro habente pecuniā cuiusq; ciuitatis, aut oppidi, deſraudantemq; similiter eam com. Tom. III. Pars Posterior.

A munitatem, aut alios, quibus est tribuenda, vſu & emolumento illius: itemque locum habere in his omnibus ministris, qui, cum teneantur tribuere pecuniā aliquibus, ex principis, aut communitatis, præſcripto, illis inuoluntariē mixtē tribuunt merces, aut aliquid aliud, loco illius. Sunt verò eiusmodi crimina satis frequentia in ministris principum, & communitatum, quibus incumbit tollere debita principum, aut communitatum, vel aliter distibuerere, aut infumere, eiusmodi bona, de penis verò horum delictorum inferius dicitur.

Aliud furtum abigeatus dicitur, & peculiariter puniatur. Vt verò in authentico de nuptijs. §. mitiores, verſ. si igitur, habetur, abigei appellantur, quibus est cura alienis insidiari animalibus, aut iumentis, & catrasponere alibi. Abigendo enim aliena animalia, furti gratia, dictum est hoc crimē abigeatus, & qui istud committunt, abigei sunt nuncupati. Quia verò expeditus fuit, securitatem esse in animalibus, maxime in eis, que paſcuntur, circa que non possunt habere tantam custodiam, quantam circa res alias nostras mobiles adhibere solemus, itaque peculiariter furti crimine fuit distinctum, appositus est peculiaribus grauioribus penis. Neque tamen quocunque factum alienorum animalium est sufficiens, vt quis in abigeatus crimine incidisse censetur, vt incurrat penas peculiares pro hoc crimine in iure statutas. Sed necesse est, vt furetur decem, aut plures, oues, (idem intellige de arcticis, capris, quin & de agnis, & hēdis) aut quinque porcos, vel saltē quatuor, vel equum vnum, aut bouem (idem intellige de mulo, asino, aut camelo.) Item, qui sepius (vix est, ter, vt minimum) vt rectē cum alijs affirmat ac probat Greg. Lopez. l. 19. tit. 14. par. 7.) occidit vnam, aut porcum vnum, vel aliud simile animal, quod non sit de maioribus, furatus fuerit, censetur abigeatus, in penas pro hoc crimine statutas in iudicio: quoniam censetur quasi ex arte, & consuetudine, insidiandi eiusmodi alienis animalibus, id efficiere. Qui enim vnum equum, aut vnum aliud animal ex magnis, vel semel, furatur, censetur abigeus, vt dictum est. Hæc omnia habentur, l. 1. & vlt. ac per totum titulum, ff. de abigeis, & gloſſa prima, l. prima, C. eodem titul. atque ca cum communi doctorum sententia, quam refert Ant. Com. 3. tom. var. resol. c. 5. nu. 13. Quan do autem aliquis ouem aberrantem, aut equos in solitudine, extra gregem, aut extra armenta, reperios, abegerit, etiam si dolo id effecerit, censetur fur, non verò abigeus. Ita habetur l. 1. citata. §. ceterum. Quoniam ad crimine abigeatus necesse est, vt furtū sit de grege, aut de armento, nisi sit equus, aut aliud simile animal manſuetum; nam tunc satis est furtū illius de stabulo, vt in hoc crimine incidatur, vt habetur l. vlt. ff. de abigeis. Qui peccata abegit, præten dendo sua esse, eaque de re quaestionem mouendo, non puniatur vt abigeus; nisi manifestum sit, eo quæſito colore intendisse excusare crimē abigeatus. Ita habetur l. 1. citata. §. vlt. Abigeatus crimine de iure communi pena mortis puniatur; in locis tamen vbi frequens est id crimine: aliquando ad metallā, ad alia ve opera publica, de eodem iure communi abigeus ad reſus dānatur. Ita habetur l. 1. citata. Quod si ferro id crimine committatur, armis animalia auferendo, ac defendēdo, abigeus bestijs de iure communi obicitur, vt habetur eadē l. 1. & 2. ff. de abigeis. Qui autem abigeus erat honesto loco natus, & aliquando, vel ad metallā, vel ad opera publica, erat damnandus, aut etiam interficiendus, sic relegabatur de iure communi, aut à sua dignitate in penam dēponebatur, vt habetur l. 1. citata. §. quamquam. Receptatores verò abigeorum pena ex l. 11. de cem annis à ro Regno, de iure communi puniuntur, vt habetur l. vlt. ff. de abigeis, & l. 19. tit. 14. p. 7. Crimē tamen

Ita

Ita

Ius Castell.

Abigeatus non computatur inter crimina, que iura appellant publica, vt habetur. leg. 2. ff. de abigeis. Et qui de eo crimine accusatur, necesse non habet seipsu subscribere, vt scilicet, si a probatione deficiat, pena nam talionis subeat, vt habetur l. vnic. C. eod. tit. Lex 19. tit. 14. par. 7. licet in multis cum hacenus dictis consentiat, in aliquibus tamen discrepat. In primis pena mortis statuitur abigeo, qui quali ex arte & consuetudine, modo explicato, etiam oue vna furatur. Idem est, qui furatus fuerit decem oues simul: & idem intelligit de furante simul decem alia similia animalia. Item ei, qui simul furatus fuerit quinque porcos, aut quatuor equos, vel quatuor alia similia maiora animalia: quoniam hac reputatur greges. In alijs autem euentibus, in quibus de iure communi dictum est, incurri crimen abigeatus, solu ab igeo statuitur pena damnationis ad opera publica ad tempus iudicis arbitrio statuendū. Atque ad prædictam formam reduxisse temperasseque videtur conditores huius legis dispositiones iuris communis circa hoc crimen. Lege Greg. Lopez ad eam legem. Opus autem fuit hoc loco de pena huius criminis dicere, antequam de pena cætorum furto dicamus, propter discrimen hoc quod est inter hanc legem huius Regni, & inter ius commune.

Aliud crimen peculiariter distinguitur, quod plagium nuncupatur. Cæteru hoc crimen neq; omne fur tum comprehendit, sed solum mancipioru, quibus priuatur eorum proprijs domini: neque comprehendit solum id furtum, sed etiam delictum, quo parentes spoliantur proprijs filijs, qui in ipsorum sunt potestate, vt in feruitatem inique redigantur; aut etiã, quo alij liberi homines inique in feruitutem similitur rediguntur. Dicitur verò est hoc delictum plagium à plaga & dolore, quo eo delicto afficiuntur parentes, aut domini, talium filiorum, aut mancipiorum, vel etiam homines ipsi liberi, qui peruersi eo delicto in feruitutem rediguntur. Incidunt verò in hoc delictum, non solum qui, scientes aliquè esse hominem liberum, aut esse alienum mancipium, illum vendunt, dono dant, aut aliter alienant, vel in feruitutem retinent, sed etiam qui, cum eadem scientia, eum emunt, aut alio titulo accipiunt: secus autem, qui, id ignorantes, eum alienant, vel accipiunt. l. 1. 3. 4. & 6. ff. ad leg. Fabiam de plagijs, & l. comparant. l. plagij. 2. & l. pen. C. eod. tit. Porro, qui hoc flagitium, quouis ex modis explicatis, committunt, si nobiles sint, in metallam perpetuum mittuntur: si verò non sint nobiles, & sint mancipia, aut liberti, bestijs obijciuntur: quòd si ingenui sint, nec nobilitate fulgeant, gladio interficiuntur, cuius pena loco hodie furca necantur. Ita habetur. l. 1. & vlt. ff. ad leg. Fabiam de plagijs, eadem pena habetur expressius, l. vlt. C. eod. tit. Quamuis autem de solo crimine loquitur, quo parentes prædicto modo filijs, quos in potestate habent, orbantur: lex tamen quoniam C. eod. tit. penam capitis extendit ad plagios quorumcumque hominum liberorum, ac mancipiorum, & l. 2. tit. 14. par. 7. que de omnibus delictis explicatis loquitur, eandem penam pro singulis irrogat, accommodatè ad ius commune. Neque vt hoc crimen incurrat, & vt delinquens puniri debeat pena explanata, necesse est, vt ex consuetudine aliquid eorum, que explicata sunt, efficiat, vt voluit glossa. l. si abducta, verb. plagio. C. de furtis, que, vt Greg. Lopez. l. 22. citata gloss. l. ait, communiter reprobatur. Haud diffimilis erat lex illa iudicialis veteris testamenti Exo. 21. que ita habet: Qui furatus fuerit hominem, & vendiderit eum, conuictus noxas morte moriatur.

Qui mancipium suum, dum in fuga erat, absolute vendebat, in hoc idem crimen incidebat; secus verò, si illud vendebat in tempus, quo esset recupera-

tum, aut comprehensum, atque ad eò sub conditione, si comprehenderetur, aut recuperaretur. Ita habetur. l. 2. ff. ad leg. Fabiam de plagijs, & l. in fuga. C. eod. tit. Credo tamen eam dispositionem, quoad priorem partem, sanctam esse, eo quod, iuxta dispositionem Casarei iuris eius temporis, id mancipiu, si fines egredietur ea fuga prouincia, in qua erat mancipium, & ad fines suorum perueniret, cõtinuò confecturaret libertatem, vt dispo. 37. ex planatum est. Cum autem eadem disputatione ostensum à nobis sit, contrarium habere rei veritatem, arbitror eam dispositionem vim non habere: sed solum posse agi ad rescindendam venditionem, aut etiam ad damnationem subsecuta, ob id vitium talis mancipij non manifestatum. Glossa. l. in fuga citata. verb. penam, ait, multos hodie arbitrarj, pro eo crimine imponi non posse, nisi penam pecuniariam, & consentit. §. est & inter. inf. de public. iud.

Qui mancipium fugituum suscipiat celat, esto postea contendant suum esse, ad suum proprium crimen excusandum, incidit in crimen plagij. Ita habetur. l. 5. ff. ad leg. Fabiam de plag. iuncta. l. 2. C. eod. tit. Idem est de quocunque alio celante mancipium alienum, vt habetur. l. eum qui. C. eod. tit. Non verò in id crimen incidere, qui mancipium alienum cum duceret ad operas aliquas, illudque interim pasceret vt habetur. l. 6. ff. ad leg. Fab. de plagis. Interim dum fraudare non intenderet mancipium dominum suum mancipio, quamuis sciens & prouidens illo ad tempus vteretur, contra domini voluntatem, possetque aduersus eum ea de causa agi ex furto talis mancipij quoad eum vltim; non tamen censetur incurrere crimen plagij. Atque hoc est, quod tradere ac intendere videtur. lex. 6. citata in priori sui parte.

Vniuersim verò, qui quouis modo in crimine plagij incidere circa mancipium alienum, si contenderit suum esse, examinanda ante omnia esset ea causa, competereque esse suum, non censetur incidisse in crimen plagij: pronuntiatio verò alienum esse, tunc locum habet condemnatio de crimine plagij, iuxta l. præf. C. eod. tit. nisi iusta ratione persuasus crediderit esse suum: nam tunc in crimen plagij non incidit, & multo minus, si competum fuerit esse suu, vt habetur. l. plagia. 2. C. eod. tit.

Qui hominem liberum, etiam liberum inuitu celauerit, ac vinculum habuerit, crimen plagij incurrit. Poteritque tunc et frater vincit agere aduersus detinentem ita hominem liberum, vt habetur. l. si frater. C. ad leg. Fab. de plagis. Itaque, qui mancipio suauerit, vt fugam arripiat, (interfugit, fuga madè subsequuta) & qui mancipium alienu inuito dno vinculum habuerit, in idè crimen incidit. It emq; incidunt in idè crimen, qui ad quoduis ex criminibus explicatis iude rint cooperati, intellige, subsequutis eorum criminibus. Hac habetur. l. 6. citata §. vlt. & l. 1. & sequentibus. C. eod. tit. Crimen plagij ad publica iudicia spectat, vt patet. l. plagij. 3. Cod. ad leg. Fab. de plagijs, & §. est & inter. inf. de public. iud. Atque in accusatione de eo crimine interuenire debet in scripto accusantis, vt habetur. l. vt legis. C. ad leg. Fab. de plagijs.

Quando mancipium fugit dominum suu, dominus adire potest iudicem, qui tradere ei tenetur mandatum in scriptis, vt inuestigetur, & ministros, aut ministros, qui id executioni mandent, illud inuestigando in domibus, aut prædijs, in quibus dñs mancipij, aut qui partes illius egerit, suspicatus fuerit incidit latere. Quòd si, vel iudex mandatū & ministros nò det, vel dominus domus, aut prædij, in quo suspicatus est illud latere, non permiserit queri in eo, singuli hoc est, iudex, & ministros non edere rit, quam dñs domus aut prædij, qui inuestigari non permiserit, incidunt in penam centu solidoru fitco Regis; & nihilominus inuestigari mancipium debet

bet in ea domo, aut prædio, & in quocunque alio sit spicio fuerit, illud latere. Ita habetur, leg. prima, & l. alienus, ff. de feruis fugit. l. requirendi, C. eodem titulo, & l. 14. titulo 14. parte 7. Quo in loco glossa. 2. legito apud Gregor. Lopez. num. similiter inuestiga si in domibus alienis possint reliquæ res, etiam si indicia non sint in eis esse.

Qui, sciens feruum fugituum esse, consulto eum receperit, aut celauerit in suo prædio, incidit in penam soluendi fitco Regis centum solidos, vt habetur. l. 6. iuncta glossa ibi verb. statuit. ff. de feruis fugit. & l. 24. citata, & insuper incidit in penam soluendi domino mancipij, vltra mancipium, quod celauit, aliud aequè bonum, vel viginti solidos, vt habetur, l. quicunque. C. de feruis fugit. & l. 24. citata, tameti lex 24. statuat, vt optio non sit penas celatorè mancipij, vt soluat vel mancipium aequè bonu, vel viginti solidos, vt maluerit, cuius tamen contrarium aperte inuit. l. quicunque citata, & affirmant glossa ibi, & doctores communiter. dicendumque est stando in iure communi: vt solum soluat viginti solidos in euentu, quòd non habeat aliud mancipium aequè bonum, quod reddat: atque hoc erit seruandū in hoc Regno. Lege ibidem Greg. Lopez glossa vlt. Ha autem pena statuitur recipienti aut celanti mancipium alienum fugituum, quoniam eo ipso cõfetur committere furtum illius, vt habetur. l. prima in prin. ff. de feru. fugit. & l. Neratus, §. vlt. ff. de feruo corrupto. Illud obserua, legem quicunque citata, inuere videtur, quòd qui secundo celat mancipiu, vltra celatum, soluat duo alia, aut viginti solidos pro vnoquoque eorum, & quòd, qui tertio celat, soluat tria, & ita intelligit eam legem glossa ibi, verb. vel tertio. Addito tamen in margine ex Salyceto contrariu affirmat, quòd scilicet, si bis celet, soluat duo vnum pro prima vice, & alium pro secunda: si vero ter celet, soluat similiter tria. Quòd si is, qui in has penas incidit, non hēt vnde soluat, sicut in corpore, vt habetur. l. quicunque citata. §. 25. tit. 14. p. 7. Quòd si is, qui recipit aut celant, mancipium, illud manifestet intra viginti dies, vel domino mancipij, vel iudici, auminiustris publicis ad illud querendum deputatis, euadit penam soluendi fitco centum solidos: non verò euadit penam soluendi dno mancipij, aliud aequè bonum, vel viginti solidos. Ita habetur. l. 1. §. 1. iuncta. l. in publicum. in prin. ff. de feru. fug. & l. 24. citata. Dicitur autem est, qui sciens feruum fugituum esse, consulto eum receperit, aut celauerit in prædio suo: quoniam, ad incurrendas eas penas, dolus requiritur in recipiente aut celante mancipium alienum, vt habetur. leg. doli. ff. de feru. corrupt. & l. 24. citata. Quare, non solum si quis ignorans aliquem esse feruum, sed etiam si sciens feruum esse fugituum, illud recipiat in prædio suo, si tamen id efficiat humanitatis gratia, aut vt illum restituat domino suo, non verò vt inde detrimetur domino talis ferui sequatur, non incidit in penas explicatas, vt habetur. l. doli. citata. l. quicunque §. quod si feruus. C. de feru. fugit. & l. 26. tit. 14. par. 7. quoniam, neque crimen in dolum talis ferui commisit se censetur.

Si in prædio minoris recipientis, aut celetur, mancipium alienum, non incidit minor in prædictas penas, esto ipse id fecerit. Tutor autem, aut curator, si id fecit ac petiuit, aut teci accepit, vel celat, prædictas penas incurrit. Ita habetur. l. quicunque §. 1. C. de feru. fugit. & l. 25. tit. 14. parte 7. Credo tamen, si minor pubes ab aliquo curatore autoritate ac scientia mancipium in proprio prædio celauit, puniendum esse, vel etis penis, vel alia iudicis arbitrio pro quantitate ætatis ac culpe. Iam, esto curator fecerit simul in culpa minor pubes puniendus, erit pena arbitraria, pro culpa ipsius quantitate. Neque refragatur, si quicunque, si redit expendatur, que tutoris aut cur

ratorem puniendū affirmat, & nihil de in ore non puniendū loquitur; tameti l. 25. citata, de orphano dicat, puniendum non esse.

Quando dominus proprio mancipio, percausit, vt fugerit ac se absconderet in prædio alienius, vt in eo quæritur ac inuenitur, dominus prædij cogere tur solvere penas supra explicatas, tunc non solum ille, in cuius prædio fuerit reperitur, non cogitur soluere eas penas, etiam si consenserit vt tale mancipium in eo suo prædio se absconderet, sed etiam dominus mancipij illud in penam talis delicti amittit fitco. Ita habetur. l. quicunque. C. de feru. fugit. & l. 26. tit. 14. par. 7. Atque si indicia sint, dominum mancipij id præceptis, & dominus prædij requirat, vt torqueatur mancipium, vt manifestet veritatem, torqueri debet, atque, si mancipium tormentis manifestet dominum suum id esse suu, statim cõfessione talis mancipij, absoluitur: quòd dominus prædij, & dominus mancipij in penam priuatur eo mancipio fitco. Ita habetur. l. quicunque citata. §. pe. & vlt. iustis tribus glossis vltimis ibi, & l. 26. citata. Si tamen dominus prædij à principio inuitauit mancipium alienum, vt ad se fugeret, & in suo prædio se absconderet, tunc, esto dominus mancipij, id scies, diceret mancipio, ut id opere impleret, animo querendi postea illud in eo prædio, & exigendi penam à domino prædij, cogere tur dominus prædij ea sol uere, tum domino mancipij, tum etiam fitco, iuxta l. si qui feruo. C. de feru. fugit. & affirmat glossa iust. l. quicunque cit. & habetur. l. 26. tit. 14. par. 7.

Qui dolose recipit aut occultat, modo supra explicato, mancipium Regis patrimoniale, hoc est, ad fitcum, coronamve Regni, minime spectat, ultra illud, cogitur soluere in penam libram auri. Ita habetur. l. 2. C. de fugitiuis colonis, libi. 1. l. 2. in prin. tit. 14. par. 7. que de eiusmodi Regis mancipijs intelligi debet, & affirmat gloss. vlt. quicunque. C. de feruis fugit. Qui vero similiter recipit, aut occultat, mancipium ad fitcum, coronamve Regni, spectat, ultra illud, cogitur soluere duodecim libras argenti. Ita habetur. l. penult. C. de feru. fugit. & affirmat gloss. vlt. citata; atque de eiusmodi mancipio est intelligenda. l. 28. citata in secunda sui parte, que idem statuit, ut affirmat ibidem Gregor. Lopez gloss. 2. Qui autem similiter receperit aut occultauerit mancipium ciuitatis, aut alterius oppidi, ultra illud, soluit ei communitati aliud aequè bonum, & insuper duodecim solidos. Ita habetur. l. mancipia. C. de feru. fugit. & l. 28. cit. que, ut Greg. Lopez ibi gloss. vlt. rectè obseruat, est corrupta, loco enim duodecim solidos, corruptè habet doze libra de oro.

Circa hæcenus dicta est obseruandum. Crimen explicatum recipienti, aut occultanti, mancipium alienum, simul esse crimen, cui agitur super delictis facillè constat. Et autem, cuius actio competit, ad penam exigendam, iudicandam, que eiusmodi crimen, in tegrum est, non agere criminaliter ad penam plagijs, uel agere ciuilitèr ad penas recipientibus, aut occultantibus feruus alienos: ritibus de feruis fugitiuis statutas. Ad utraque verò simul agere non poterit: neque ad ciuiles post criminales, aut eò contrario. Tameti, ultra penam criminalem, exigere possit damnationem, si quod ex tali crimine accepit.

Illud obserua, cum feruus fugituum in hoc fen sit furtum sui dno efficiat, quòd libertatem non conse quatur, etiã si ad suos transeat, ut Dispo. 37. copiose ostendimus, dñumque, illius dñs, à quo aufugit, teneat, teneaturque; feruus se illi in cõsentia, & in exteriori foro, restituere, ac proinde seipè sit in mala fide, q. liber non fit, sed ad nulli dñi pertinet, utiq; ipse, neque tribus, neque decemque uiginti annis præscribere libertatè potest, aduersus nulli legitimu dominu. Atque hoc est, quod intendunt ac tradit, B 3 leg.

leg. prima, Cod. de seru. fugit. leg. 23. titulo 14. parte septima, & l. 23. titulo 29. parte tertia. Haec tamē duę leges huius Regni statuunt, tempore triginta annorum praescribere libertatem cum ea mala fide; id quod asseruio glossa, leg. prima, C. de praescriptio. ló temp. quaę pro libert. Contrarium tamen non dubito esse verum, tum in conscientia, tum etiam in exteriori foro: eo quod cum mala fide inualida sit praescriptio, praesertim post iuris canonici dispositionem: id quod notat Greg. Lopez. l. 23. tit. 3. citata glossa penul. Atque haec adiungit, quae diximus in calce disp. 71.

Cum haecenus dictis coniunctum est, vt aliquid dicamus de corruptione seruorum, qua ab alijs corruptorunt, consilio, aut alia ratione, ita vt moribus mali aut deteriores fiant, vel etiam profus inutilis. Et quidem, qui dolo malo, in sensu in praecedentibus explicato, ita in causa est, vt seruus malus aut deterior fiat, esto seruus promptus & aptus ex se esset, vt id efficeret, si tamen consilio, aut alia ratione, ad id adiutus atque inductus fuit, corruptor serui tenetur domino ferui ad duplum damni. Ita videlicet, si eo consilio, inductione, vel adiutorio aut quouis alia ratione, seruus furatus est, aut aliud damnum dedit, siue domino, siue cuiusque alteri, tenetur corruptor ad duplum eius damni, quod proxime ex ea inductione, aut adiutorio, sequitur: non vero tenetur ad damna, quae postea fuerit patrus, esto remore ad illa inductione sequuta sint, vt quia mansit praue ad id efficiendum affectus, aut audeat ad simile quod iterandum, vt habetur, l. Neratius. ff. de seruo corrupt. Insuper, si seruus ipse mansit in deterior aut inutilis, quia minus estimabitur, & minus valet, vel profus nihil, postquam ita corruptus est, tenetur domino ad duplum minoris illius estimationis, ac damni ferui in se. Neque, quod dominus prius egerit, vel actione furti, vel alia, ad dupli furti, vel alterius damni à seruo ea inductione data, tollitur, aut minuitur, haec alia distincta actio, vt eadē l. Neratius, subiungitur. Neque quod is, qui ita corrupti seruum alienum, arbitratu luente esse liberum, impedit quo minus dominus serui agere possit ad duplum damni ex ea corruptione sequuti. Ratio autem est, quoniam ex illa iniqua corruptione, facta per inducendum, id totum damnum sequutum est. Ita habetur, leg. doli. §. si quis, ff. de seruo corrupt. Atque, quod actio dupli competat domino serui corrupti ad totum damnum explicatum, ita scilicet vt simpliciter, quod in eo duplo includitur, debeat tanquam damnum iniuste datum, atque adeo debeat, non solum in exteriori, sed etiam in conscientia foro, nulla ex peccata sententia: aliud vero aequale in foro debeat solum in poenam, ac proinde deponderet ex eo, quod feratur sententia, habetur, l. 1. & sequentib. ff. de seruo corrupt. & l. 29. tit. 14. part. 7. quibus in locis res haec multis adhibitis exemplis explicatur.

Hac eadem actio competit parentibus aduersus eos, qui ipsorum corrupterint filios, nepotes, & alios liberos ipsorum familias, vt scilicet agant ad duplum damni ex ea corruptione sequuti. Ita habetur, l. vt tantum, §. 1. ff. de seruo corrupt. & l. 29. citata. Quia lex 29. etiam extendit eam actionem, vt competit domino aduersus eum, qui ille corrupit famulum, aut famulum, sibi mercede aut gratia seruatum.

DISPVTV. 685.

Furtum an ex genere suo sit culpa lethalis. Et de quantitate requisita, vt culpa lethalis sit.

SUMMARYM.

- 1 Furtum rapina, & damnum datum, peccata sunt ex suo genere lethalia. Et licet furtum ex suo genere leuius peccatum sit ceteris, quae sunt contra praeccepta decalogi, ex circumstantijs esse potest grauius.
- 2 Furti quae quantitas sufficiens ad culpam lethalem, comparatione eorum, qui non pingues habent facultates.
- 3 Furti actio an detur pro vna gallina, & similibus rebus, & qualis concedatur.
- 4 Furtum vt sit culpa lethalis, maior quantitas requiritur comparatione opulenti, quam comparatione habentis tenuis facultates.
- 5 Furtum de quacunque re leui, si vere sit furtum, culpa est venialis. Et quousque obligatio sit illud restituendi sub veniali culpa.
- 6 Furtum rei modicae, quando ob damnum vltimus sequitur culpa lethalis, cum onere restituendi etiam damnum. Comparatione tamen damni locum non habet pena furti, sed legis acquiruntur: neque item excommunicatio lata pro furto, non facta a mentione de damno.
- 7 Qui leue quid furatus est, cum animo furandi quantitate, quae ad culpam lethalem sufficeret, lethali-ter peccat. In foro vero exteriori solum datur actio furti pro eo, quod est furatus.
- 8 Furtum rei minima obtristitum inde ac culpa eius, qui id furtum est passus, quando culpa lethalis.

Furtum, damnum iniuste datum, (de quo infra erit sermo) & multo magis rapinam, ex suo genere culpas esse lethales, affirmat D. Th. secundum secundam, quaestio. 66. art. 6. nullusque est, qui dubitet. Sunt enim contra proximitatem, iustitiam violentam, pacemque Reipublicae illiusque tranquillitatem, perturbant. Id quod inde etiam confirmatur, quod septimo decalogi precepto prohibentur: decalogi autem praeccepta, ea continent, quae ad vitam aeternam consequendam sunt necessaria, iuxta illud Matth. 19. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata: vita vero aeterna non, nisi per lethalem culpam amittitur. Vnde Paul. 1. ad Corinth. 7. Neque fures, neque rapaces, Regnum Dei possidebunt. Est nihilominus furtum leuius peccatum, ex obiecto non solum quam peccata, quae sunt contra praeccepta primae tabulae, sed etiam quae sunt contra reliqua praeccepta secundae tabulae, etiam quam simplex fornicatio. Ratio autem est, quoniam reliqua peccata, quae praecceptis secundae tabulae aduersantur, vel sunt directe contra proximi personam, aut contra personam eis coniunctam, (etiam fornicatio simplex est contra bonum proles generandae) vel sunt contra bonum honoris ac fame; quae omnia praestantiora bona sunt, quam bona externa, in quibus per furtum leditur. Ex magnitudine tamen obiecti, & ex alijs circumstantijs concurrentibus, etiam aliquando potest furtum grauius peccatum, etiam quam homicidium.

Quia tamen, quamuis peccatum aliquod ex suo genere culpa sit lethalis, ex paruitate ac leuitate materiae reddi potest venialis, vt prima secundae, quae est 72. artic. 1. ostendimus; dubium est, quae valoris quantitas necessaria sit, vt furtum culpa sit lethalis: idem suo modo intellige de rapina, & dano iniuste dato.

Vc

Vt autem art. 7. citato dicebamus, res haec non potest in hac vita certo indiuisibiliter definitur: quonia neque id certo potest in hac vita cognosci. Cognoscitur quidem in hac vita sapientes, furari obolum, aut vnum racemum vuarum, de se non esse culpam lethalem: quia nec est tanta laesio, nec tanta proximi iniuria, vt ea de causa, qui ita delinquit, exheredandus sit vita aeterna, aeternaeque cruciatus sit macipandus. Cognoscunt item, furari viginti aureos, esse lethale peccatum: quia est notabilis laesio ac iniuria proximi. Caterum merito dubitatur, num furari duos regales argenteos sit lethale peccatum, neque possunt certo id definire. Et multo minus possunt certo definire in indiuisibili, quae summa valoris sufficiat ad culpam lethalem, ita vt quacunque, infra illam, ad culpam lethalem non sufficiat. Quare in re de qua disputamus, semper est abstinentium, tamquam a culpa lethali, a furto, de cuius quantitate merito aliquo modo dubitatur, an sit sufficientis ad culpam lethalem. Atque ad cautelam, est necessarium aperiendum tale furtum in confessione, si quis in illud incidat, vt artic. 7. dicebamus.

Quidam Dominico à Soto, 7. de iust. q. 3. art. 3. ad 3. tribuunt, existimant, quantitatem, quae secundum se, & comparatione quorumcunque, qui damnum ad ea iniuste patrentur, sufficeret ad culpam lethalem, esse duos, aut tres, ducatos, atque adeo turram duorum aut trium ducatorum esse culpam lethalem, etiam si quis eos à Rege potentissimo furetur. Quantitatem vero, quae in furto sufficit ad culpam lethalem, non secundum se, & comparatione quorumcunque, sed solum si quis eam luret ut in feris personis, esse vnum regalem argenteum, aut duos. Et quamuis Nauar. locis citandis, & alijs arbitrentur, Sotum id non intendisse, sed solum exempli gratia id protulisse: certe mihi verum esse omnino est, cum in ea fuit sententia. Tum quia eam videtur mutatas à Syluestro verb. furum. num. 5. quae aperit in ea fuit sententia. Tum etiam quoniam à vris doctis in similibus materijs, & eo modo, quo loquitur est Sotus, non solent apponi exempla, nisi iuxta id, quod veritatem credunt. Praeterea Sotus aperit iuribus in ea sententia vt retuleret, maiorem quantitatem esse necessariam ad culpam lethalem furando à diuitibus, quam a furando à pauperibus; ac proinde eam, quae sufficeret ad culpam lethalem, lucendo ab illis, qui tenuis habent facultates, non sufficeret ad culpam lethalem, iurando à Regibus: in eademque sententia fuerunt, Syluester vbi supra, & Ioan. Medi. de rest. quaestio. 10. §. ante penult. Tamet si Medi. aut non fuerit definitur, quantitatem ad culpam lethalem necessariam, sed illam requirit arbitrio prudentis definitur. Est vero iuris rationabilis ac vera ea sententia, quae affirmat, maiorem quantitatem requiri ad culpam lethalem in furto factio diuitum, quam in furto factio pauperum. Itaque Sotus affirmat, vt quodam ob quantitatem, quae comparatione omnium hominum, etiam Regum potentissimorum, sufficeret ad culpam furti lethalem: eamque, cum Syluestro, explicauit, dicens, vt verbi gratia, si sit duorum aut trium ducatorum. Et quondam aliam esse, quae, non comparatione quorumcunque, sed quorundam duntaxat, ad id sufficeret. Atque explicans vltimam, quae (seclusa quacunque alia circumstantia alterius iactura: ac damni in multis) sufficeret comparatione tenuium ac miserabilium personarum, non vero comparatione alicuiorum, dixit, vt si sit quantitas vnus regalis argentei, aut duorum. Quare voluit, proportionem quadam esse indicandum de intermedijs quantitatibus inter hanc vltimam, & illam aliam, quae sufficit comparatione omnium, vt pro quantitate diuitiarum hominum, qui sunt inter tenues ac miserabiles ex vna

parte, & inter Reges potentissimos ac diuitissimos ex alia, arbitretur, spectatis diuini scilicet, & alijs circumstantijs concurrentibus, vt qualitate istius cuiusque, ac multitudinis, vel paucitatis, liberorum, & alijs similibus; quae quantitas intermedia sufficeret, aut non sufficeret, ad culpam lethalem comparatione cuiusque eorum.

Nauar. in Manu. cap. 17. nume. 3. & in Coment. cap. vlt. q. 6. arbitrat, ad culpam lethalem furti sufficere comparatione quorumcunque valoris duorum regalium argenteorum. Imò, ad effectum, vt reputari, aut timeri, debeat, culpa lethalis, atque vt aperiri in confessione debeatur, sufficere valoris vnus argentei, atque etiam dimidij. De quarta autem parte vnus argentei ait, non sufficere ad culpam lethalem. De quantitatibus vero intermedijs inter quartam partem regalis argentei, & dimidium regalem, ait, se non condemnaturum eum, qui affirmaret, eas non sufficere ad culpam lethalem. Est vero nimis arcta & scrupulosa hac Nauarii opinio.

Vt ad confessionem praxim dicam, quod se se mihi offerret, & quod facere confiteatur. In primis arbitror, rem hanc definitur non esse quantitatem pecuniae. Vt enim Disp. 406. ostensum est, minima variata pecunia, quoad valorem vniuersitatis, eorum à Republica constituto, accretis, & decrescit, valet ad reliquas emendas, vbi minus est pecuniae, quam vbi est maior illius abundantia: eaque de causa minus valet hodie in Hispanijs, propter maximam illius copiam asportatam ex Nouo orbe, quam valet quadragesima antea annis, & longè alius minus, quam valet octoginta antea annis. Quae enim octoginta antea anni emebantur, aut conducebantur, vno, non emuntur, neque conducuntur, hodie quinq; aut etiam sex. Hodie item vbi est maior copia pecuniae, minus valet, quam vbi est minor illius copia. Vt minus valet in Nouo orbe, maxime in Peru, quam in Hispanijs. Et minus valet Hispania, quo appellant haec ex Nouo orbe, & vbi est maxima illius abundantia, quam in reliquis Hispaniarum. Et minus valet Olysiptones quam in regione, quae est inter Durum, & Minia, aut in Bera, quam in Lusitania vocant: eo quod illi in locis minor sit copia pecuniae; vltimque ea res emantur, aut conducuntur, quam Olysiptone. Eodè etiam modo, non est idem valor pecuniae in reliquis Hispaniarum locis: sed quod regiones, ciuitates, & oppida, minus abundant pecunia, eo plus valet, vltimque res illa emuntur, & conducuntur: & quo plus ea abundat, eo minus valet, eamque res ea emuntur, ac conducuntur. Quo fit, vt ad definiendam summam, quae satis sit vt furtum sit culpa lethalis comparatione omnium locorum ac temporum, non sit apta ac certa regula dicere, esse certam pecuniam quantitatem, vt duos, tres, vel quatuor, regales argenteos. Quoniam vbi minus valet, ob maximam pecuniae abundantiam, minor lesio minorque iniuria proximo fit in furto valoris summae eius pecuniae, quam vbi plus valet: & vbi plus valet, ob pecuniam magnam penuriam, maior lesio maiorque iniuria proximo fit in furto eius valoris summae pecuniae, quam vbi minus valet. Et in Hispanijs longe maior lesio atque iniuria proximo fiebat in furto quatuor regalium argenteorum ante octoginta annos, quam nunc fiat: eo quod, quae tunc emebantur, aut conducebantur, quatuor regalia argentei, non emantur, neque conducuntur hodie, si ceterae circumstantiae sint pares, sedecim, imò neque viginti argentei. Quare, sicut in furto triuiti inepa eliet regula quoad omnia loca, & tempora, dicere, quod, qui furatur tantam quantitatem, puta quartam fanecae partem, peccat lethali-ter, qui vero

verò minorem quantitatem furatur, non peccat lethali-ter, eo quòd quarta facies pars in uno loco valet duplo, triplo, aut quadruplo, quàm in alio: & in vno eodemque loco, vno tempore valet duplo, triplo, aut quadruplo, quàm in alio: propter maiorem tritici, aut minoris, abundantiam in diuersis locis, aut in vno & eodem loco diuersis temporibus: ita non est apta regula comparatione omnium locorum ac temporum, ad definiendum, quando furtum ex parte materiæ culpa sit lethale, aut non constituit certum valorem pecuniæ lege taxatum: quoniam hic, comparatione diuersorum locorum, ac temporum, multum accrescit, ac deorsum, ad ceteras res emendas, ac conducendas, perferantibus eidem circumstantiis, hæcque vna duntaxat variata, quod sit maior, aut minor, pecuniæ abundantia, vt dictum explanatumque est.

Dicere ergo, tantam pecuniæ quantitatem, illiusve valorem, quæ in vnoquoque loco sufficit ad conducendas operas vnus dici fossoris terra temporis, quo non est magna penuria, neque abundantia, eorum, qui se ad id locent, & quo pretium, pro qualitate regionis, solet esse moderatum, videri quantitatem notabilem ad constituendum peccatum lethale comparatione eorum, qui non pingues habent facultates: Hoc autem aliquibus in regionibus, vel locis, aut oppidis, etunt quatuor regales argentei, alii cubi tres, alii duo, & alii vnus cum dimidio, & alii vnus, aut etiam vnus: & in vno atque eodem loco, vno tempore erit plus, & alio minus, pro abundantia, aut penuria, pecuniæ in eo loco temporum succellit. Ceterum, quoniam non potest in hac vita attingi certò punctum indiuisibile, ad quod si summa valoris penuria, furtum erit culpa lethale, & infra quod non erit culpa lethale, sanè quemadmodum non iudicio improbabile, quòd forte in oculis Dei maior valoris summa requiratur, vt furtum sit culpa lethale: ita improbabile non iudico, quòd forte minor valoris summa sufficiat. Hac de causa, in confessionibus, quando vnus solum, aut alter, furtum examinandù occurrit, interrogo quantitatem valoris illius. Quando verò multa occurrunt examinanda, interrogo quantitatem valoris omnium simul, plus minus: postea verò interrogo, quoties furando valorem regalis cum dimidio, aut duorum regalem (aut aliquid plus, vel minus, pro regionis, aut loci, qualitate) ad eam summam totam pertinet: Atque ita faciliè verisimiliter coniecio, tunc numerum lethalem peccatorum, tum etiam latitudinem culpe omnium simul ex parte circumstantiã, quæ illam possunt augere ratione quantitatis, obiecti. Interrogatoque in super vno, aut altero, alio verbo, si quid aliud hac in parte iuxta, ea quæ dicenda sunt, occurrat examinandum, breuiter, ac sine contentum molestita, examino simul multitudinem quamcunque peccatorum in hac materia.

Postsumus confirmare, hanc nostram sententiam consonantem esse recte rationi ac veritati. Primum, quoniam, ex omnium sententia, tunc furtum est lethale peccatum, quando quantitas est notabilis: quantitas autem à nobis expressè non letus, sed notabilis, censetur: eo quòd sit, quod hominibus communibus sufficit ad sustentationem ac sumptus ordinarios vnus diei. Secundo, quoniam, vt Nauarrus vbi supra, & alij, referunt, Synodalibus constitutionibus aliquorum episcopatum sancitum est, vt nullus excommunicetur, pro minori summa furto ablatâ, quàm duorum regaliũ argenteorum, & alii vbi vt non excommunicetur, pro minori summa, quàm centum maruedinorum, cum ergo ratio earum constitutionum sit, quia excommunicatio pro furto restituendo ferri non possit, nisi culpa sit lethale illud abstulisse, & non velle illud restituere, consequens

est, vt, qui eas constitutiones statuerunt, arbitrati sint, minorem summam, quàm illam, que eo tempore pro operibus vnus diei tradi fossori conseruetur; non sufficere ad culpam lethalem, eam vero sufficere. Atque fortasse est eo tempore erat paulo plus, quàm quòd eo stipendio tradi tunc conseruetur: quoniam expedit, tunc securè statueri. Hodie vero, cum à quadraginta annis valet in Hispanijs decreuerit valor pecuniæ, longè maior summa statuerit, statuique conseruetur: quoniam expedit, vt pena illa non statuatur in eo euentu, nisi pro aperta culpa lethali. Tertio, à quibusdam confirmatur ex §. gallinarum. inst. de rerum diuisi. vbi pro vna gallina, furto ablata, furti actio conceditur, vt communis sententia affirmat, quæ, inter alios, refert ac sequitur Iulius Clarus, lib. 5. sent. §. furtum, nume. 23. quare, cum actio non concedatur, nisi pro culpa lethali, & gallinæ valor in vnoquoque loco, ac tempore, esse solet tantus, aut ferè, quantum in eodẽ loco tradi fossori conseruetur pro operibus vnus diei, consequens est, vt eadẽ à nobis taxata sit quantitas, quæ in furto sufficit ad culpam lethalem. Vnde Couar. var. resp. c. 3. num. 12. affirmans, furti actionem non concedi pro quantitate, quæ minima sit, nec sufficiat ad culpam lethalem, subiungit, gallinæ valorem minimum non esse iudicandum, & quòd ad lethalem culpam non sufficiat. Neque refert, quòd actio de dolo non concedatur pro duobus aureis, vt habetur l. de oleo, §. vt. iunctis tribus legib. sequentibus ff. de dolo, hoc est, pro duobus solidis, seu Castellanos, vt ibi exponit glossa. Quoniam sicut aduersus vendentem vltra, aut ementem infra, iustum pretium, non datur in foro exteriori actio, si non sit ultra, aut infra, dimidiũ insti pretij, ne lites multiplicentur. Ita neque datur actio de dolo vsque ad illam summam, ad dolum puniendum: tam est de dolo actio in factum, vt restituar, quòd dolosè accepit, aut nocuit, vt habetur iuris citatis: longèque maior ratio erat, vt pro minori summa concederetur actio furti, & gratius de dolo, in quo, nõ interueniret furtum, aut quàmuis aliud delictum.

Illud tamen adnoterim, ex §. gallinarum, non colligitur pro vna sola gallina dari actionem furti. Tunc quia textus ille loquitur de gallinis in plurali. Tum etiam quoniam ibi non dicitur dari actionem furti, sed committi furtum, si quis intiens gallinas alioius, & sperfas, eas accipiat animo sibi illas retinendi: eo quòd dispersio earum non penat dominum earum antiquum dominum illarum: id quòd verisimium est. Solumque in eo, §. constituitur discrimen inter anferes domesticos, & gallinas domesticas, ex vna parte, & inter anferes, & gallinas syluestres ex alia parte: quòd hæc animalia nullius sunt dominio, sed fiant primò occupantis: illa verò sint in dominio possessoris, etiam si dispersantur, ac proinde verum furtum fiat in earum occupatione animo sibi illas occupandi. Arbitror verò pro vna tantũ gallina non ita concedi actionem furti, vt, damnatus, maneat in famis, aut vt publice flagellari debeat pro eo crimine: sed solum vt eam restituat, aut eadẽ soluat duplum, vel quadruplum, prout crimen occultum fuerit, aut manifestum, & certe in publico loco constituitur cum illa appensa collo, vt ipsi id sit in penam, & alij in exemplum: vt vidi aliquando ea pœna affici duos homines, qui de nocte furtum viuarum fecerant in vineis, & à ministro publico, quæ aliquando vocant, fuerant cum furto deprehensi: non tamen hi manent infames propter tale furtum in penam.

Illud est adnotandum, mihi satis probabilem ac veram videri opinionem Soti, Medina, & Syluestri vbi supra, quæ fuit etiam Victoris. 2. q. 66. art. 1. nempe summam, quæ sufficit ad culpam lethalem

in furto facto habenti tenues facultates, non sufficere ad culpam lethalem in furto facto Regi, aut alij opulento, sed pro quantitate diuitiarum eius, cui sit furtum, spectatis alijs circumstantijs, modo explicato supra expendendo Soti opinionem, arbitrandam esse maiorem, aut minorem, summam, quæ ad culpam lethalem sufficiat. Quia verò non solum punctum indiuisibile attingi non potest in hac materia, sed ne que quicumque omnino certum potest statui, non auferem in praxi confessionionem, quæquam abfoluere qui unum ducatum fuisset à Rege furatus, & non haberet verum animum cum ei cum effectu restituendi, imò neque eum, qui dimidium esset ab eo furatus.

Illud in super admonuerim, furtum de quacunque re leui, esse culpam venialem, si uerè sit furtum, quia videlicet rei dominus est rationabiliter inuitus. Etsi que proinde id sub culpa veniali restituendum, si dominus rei præsumentur, etiã post id veniale furtum commissum, velle ut restituatur, & non sit causa legitima, quæ excuset: quia videlicet, quid est commissum, longè distat, neque sine sumptu, aut graui molestia, potest id offerre: tunc verò restitui id debet pauperibus, aut infirmi debet in re alia pia, pro anima domini, si præsumptio fit, dominum id ita velle.

Observandum verò est, quàmuis furtum de re modici valoris non sit lethale culpa, si tamen conuictum habet damnum notabile, etiam lucri cessantis, erit lethale culpa, cum onere restituendi sub lethali culpa, latitudinem totius valoris. Vt si quis furetur à factore acum, à furore subulam, à scriba ealamm, eoque furto in causa sit, ut perdant operas eius dici, aut plurium dierum, quia non habent aliud instrumentum, quo operentur, utique si ad id damnum at tendit, aut attendere debuit, lethali ter peccauit, restituerque tenetur id totum damnum, tanquam causa iniusta illius. Si verò probabiliter id damnũ ignorat, tunc, cum non fuerit causa iniusta illius, neque comparatione talis damni locum habeat teneri ex parte rei acceptæ, sanè ad restitutionem illius non tenetur, sed solum ad restitutionem rei modici valoris acceptæ, si ita is velit, ex quo fuit furto ablata. In foro vero exteriori, licet ratione rei furto ablatæ, locum haberet pena furis, dupli, si furtum esset occultum, & quadrupli, si esset manifestum, restitue esset tanti valoris, vt illius habenda esset ratio, iuxta ea quæ supra dicta sunt; comparatione tamen damni iniuste vterius dati; non habet locum pena furis, sed legis Aquilæ damni que dati, de quo infra erit sermo, & Nauar. in Man. c. 17. nu. 2. obferuat. Non tamen voluerit contrarium Syluester, & Sotus, vt Nauar. illius tribuit. Illud etiam cum eodem Nauar. obserua, si ad petitionem eius, à quo id esset furto ablatum, lata esset excommunicatio aduersus eos qui res illius furto abstulerunt, nec restituerunt, eam non comprehendere illos, qui rem modicam furto abstulissent, licet ex eodem furto subsequeretur esset domino damnum notabile; quia damnum non est furtum: fecus autem si excommunicatio esset lata, etiam aduersus illos, qui damnum notabile iniuste dedissent, nec illud restituerunt.

Quando aliquis solum esset furatus partium aliquam quantitatem, quæ, iuxta hætenus dicta, ad lethalem culpam non sufficeret, si accessit cum animo furandi maiorem, si illam reperisset, aut si eam furari potuisset, utique lethali ter peccat, vt ex se est notissimum, doctoresque communiter affirmant: atque id est, quòd voluit Hiero. 14. q. 6. cap. vii. Quare in confessionionibus, quando aliquis reperitur in peccata furti incidisse, examinandum est, quoties accesserit animo furandi quantitatem notabilem: quia toties lethali ter peccauit. In foro tamen exteriori, so-

lum datur actio furti circa id, quòd furatus esset, non verò circa id, quòd furari intendit, vt patet. l. vulgaris in prin. & §. 1. ff. de furtis.

Nauar. nume. 2. citat. & quidam alij, affirmant si dominus rei minime, quæ ad culpam lethalem nõ sufficiat, agere ferat furtum illius, quia feliciter multum eam diligit, posse ex eo capite interuenire culpam lethalem. Ceterum, si non erat vnde fur id præsumere deberet, non est cur condemnari ex eo capite debeat culpa lethalis, quicquid postea sequatur. Quòd si erat verisimile, dominum rei illius, occasione talis furti, vel ira, vel passione alia, in lethalem culpam ruiturum, tunc lethali ter peccabit contra proximi caritatem, qui id scies, tale furtum commiserit, quantum, ab eo furto abstinendo, impedire potuit, ac de buit, id lethale peccatum. Propter solam tamen molestiam domini rei furto ablato non faciliè condemnare lethalis culpæ eum, qui rem minimam esset furatus, maxime cum dominus eius rei inordinate, & sua culpa, vset ad eodẽ tristeret. Tanta nihilominus timeri etiam posset, culpam lethalem in eo furto interuenire.

DISPV T. 686.

De furtis domesticorum. Et num ob illa actio furti competat aduersus domesticos. Et quid de eumentibus, aut alio titulo accipientibus, eas res à domesticis. Et quæ quantitas sufficiat, vt eiusmodi furta culpæ sint lethales. Et num excommunicatio à patre familias obtenta, pro rebus sibi furto ablati, comprehendat eiusmodi furta.

S Y M M A R I V M.

1 Furta domestica que sunt vere furta, neque vsu capi res ita furtive aduersus verum dominum possunt, nisi triginta annis.

2 Furtum domesticum quado vxor aduersus maritum committat. Tunc autem competit aduersus illum actio, vt id reddat, cum damnis inde sequutis, non vera furti actio ad vllam penam: licet maritus punire moderatè illum possit.

3 Furtum domesticum quando filius familias committat, & quando restituere illud in conscientia foro tenetur. Pro illo puniri à patre moderatè potest. Et cogi à iudice illud reddere si extet. Actio in factum conuenit aduersus eum, vt illud & damna soluat, si habeat castrensia, aut quasi castrensia bona. Idem de furto facto à filio emancipato, & de furto facto à patre filio suo. Locum tamen non habet in his euentibus actio ad vllam penam.

4 Furtum domesticum si mancipium committat, moderatè puniri potest à domino. Et quando criminaliter posset facere illud puniri à iudice. Si mancipium bona propria haberet, actio etiam ad penam furti pœnariam aduersus illud competet.

5 Furta domestica famulorum, aut aliorum mercede conditorum, liberti, aut patroni, si modica sint, moderatè ea puniuntur: si modica sint, & datur actio in factum ad rem, & ad damna sequuta, non vero furti ad vllam penam. Si autem sint magna, iudex procedit ex officio ad illa puniendâ pœnâ ordinariâ, & competit actio furti. Et quæ magna censenda.

6 Furtum domesticum uxoris, liberorum, aut mancipii.